



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Filius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

Mutuare cum pacto, vt fideiuffor fit pro mutuante; vñura est. *Mol. l. c.*

De contractu afsecurationis *Garzias l. c. de contract. c. 39. Lopez l. c.*

*Fideicommissum.*

1 **F**idei commisso subiecta possunt alienari causa dotis, etiam post fideicommissum promissæ, & alimentorum.

*Filius, vide Dispensatio, Donatio, Hereditas, Parentes, Peculium.*

1 **F**ilius familias dicitur, qui est in potestate patris aut aui, vel proaui, &c.

\*De peccatis filiorum erga parentes. *Nau. c. 14. à num. 11. Tol. l. 5. c. 1.* De pietate in parentes *Lopez p. 1. c. 53. 54.*

2 Supremus ascendentium habet omnes descendentes in potestate: quo mortuo, manent in potestate sequentis.

3 Fœminæ non habent filius in potestate, nec eius ascendentes.

4 Legitimus filius dicitur, qui lege probatus, vt adoptatus.

5 Legitimus naturalis, qui ex legitimo matrimonio.

6 Naturalis, qui ex copula; nec approbata, nec reprobata Iure Ciuili.

7 Spurius, qui ex reprobata, vt ex consanguinea,

guinea, aut adultera, aut vulgo cōceptus, quī patrē nō potest monstrare: vel ex Religioso, aut Clerico in sacris. Qui autem est ex soluta, & coniūgato, non dicitur Spurius.

8 Expositus, si facta diligentia nihil reperitur, præsumitur legitimus: in dubio autem dicunt quidam posse Episcopum dispensare, scilicet quantum ad Ecclesiastica.

\*Vide Maiol. de irregul. l. 1. c. 11. Vinal. de irreg. num. 120.

Episcopum } Conar. in Clem. Si furiosus. 1. p. num. 9. Vinal. l. c.

9 Episcopus potest legitimare subditum, quātum ad Ordines minores, & beneficium sine cura, & dignitate: censetur autem dispensare, si scienter ordinet, eritque talis, etiam quantum ad sæcularia nulli præiudicantia, legitimatus in terris Papæ.

10 Legitimatus à Papa quātum ad spiritua- lia, est etiam quantum ad temporalia vbique secundum quosdam. Vide C. 13. Qui filij sint legiti- mi. Certè ex causa potest etiam quantum ad temporalia vbique, si velit: etsi quidam negent.

\*Papa potest Regi subiectum graui de cau- sa ad temporalia legitimare. Con. Epit. 2. p. c. 8. num. 16.

11 Legitimatus à Principe non ideo est legi- timatus, quantum ad Ecclesiam. Vide glo. dist. 101. Peruenit.

Cona.

*Couar. l. c. nu. 18.* & si sit Clerici filius potest à Principe legitimari; vt possit esse hæres, in bonis etiam ex redivibus Ecclesiæ acquisitis. *Couar. l. c. numer. 19. Bannes præamb. ad q. 62. 2. 2. q. pag. 97.*

12 Legitimatō valet etiam in alio regno, vbi nulli sit præiudicium. \*Vide *Couar. l. c. nu. 14. 15.*

13 Legitimare potest, qui non habet Superiorem in temporalibus, tamen spurium solus Papa, aut Imperator legitimat. \**Couar. l. c.*

14 Pius IV. reuocauit facultates legitimandi spurios in præiudicium aliorum.

15 Non præsumitur legitimans, velle alteri præiudicare.

16 Non legitimus non habet patris nobilitatem. \**Mol. d. 170.*

17 Naturalis etiã spurius efficitur legitimus, per parentum matrimonium sequens, etiam solum ratum, si tempore, quo conceptus, aut natus est, poterat inter illos esse matrimonium, & venit etiam nomine legitimi nati.

\**Couar. l. c. §. 2. nu. 1. 2.*

18 Natus ex matrimonio nullo, sed contracto bona alterius saltem coniugis fide, in facie Ecclesiæ est legitimus: item qui ex illegitimo matrimonio, sed postea per dispensationem approbato; item cum parentes falso, sed bona fide, putant secum legitimè dispensatum.

\**C. Refe.*



tionem Patris} *Syl. Fum. l. c. {Filijs} Fu. l. c. Hat  
omnia fuse Mol. d. 228.*

24 Emancipatio fit coram iudice, potest autem fieri per Procuratorem.

\* *Syl. emancipatio. 2. Fu. 4. Mol. l. c.*

25 Emancipatus reuocatur in patriam potestatem ob alimenta patri negata.

\* *Syl. l. c. 4. Fu. 5. Mol. l. c.*

26 Supremus ascendentium potest vnum descendentium emancipare, alijs relictis.

27 Emancipato patre, sub eius potestate est filius, quem postea gignit.

28 Filius præsumitur emancipatus, si per decennium seorsum à patre id ferente, negotietur tanquam emancipatus.

29 Filij emancipati viuente matre, post eius mortem habebunt vsumfructum in media parte bonorum eius, in altera autem pater.

30 Spurius relicta à patre potest tenere vsq; ad cõdemnationem Iudicis. Quidam tamen aiunt, legatum ad alimenta, vel dotem, posse quidem tenere, sed non alia, nec ex testamento, nec ab intestato, nec ex contractu inter viuos. Mihi tamen prior opinio magis placet.

\* *Sot. l. 4. q. 5. art. 1.*

Alimenta Spurio filio Pater relinquere potest ad hæredes transitura, *Con. Epit. p. 2. c. 8. §. 6 num. 15. Vide Alimenta 4.*

Ex testamento} *Cona. l. c. c. 6. §. 8. nu. 16. & in  
reg. Peccatñ. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 10. Salon. 2. 2. q. ar. 5.*  
da

de dominio, *Ban. pr. amb. ad q. 62. 2. 2. Mol. d. 169.*

31 Filius non succedit patri in dignitate ob-  
tenta post suam natiuitatem.

32 Filius potest accusare patrem de hæresi,  
vel proditione.

\* *Vide Mol. d. 176. col. 12. Tol. l. 5. cap. 1. nume-  
10. vide Ales. 3. p. q. 33. in 4. art. 2. Nauar. cap. 14.  
num. 12.*

32 Filius in ætate imperfecta datur parenti  
fidei, in perfecta autem sequitur ipse vtrum  
parentum maluerit. *Vide de conuers. Infidel. c. 2.*

34 Parentibus nõ obedire in rebus honestis  
ex contẽptu, aut alioqui in re magni momẽ-  
ti, ad ipsorum potestatem pertinente, morta-  
le est. Putant & quidam mortale esse, si con-  
tra eorum iustam voluntatem matrimoniũ  
contrahat sine causa iusta. Alij id negant, si  
absit scandalum, aut grauis aliqua necessitas.

\* *Vide Sot. d. 29. q. 1. art. 4. Salon de iustit. q.  
art. 5. Mol. d. 176. Cordu. casu 171. Nau. c. 14. d. 15.  
{Negant} *Vide nu. 269.**

35 In extrema necessitate postponendos es-  
se filios vxori, quidam volunt. *Vide Tho. 2. 2.  
q. 26. art. 11. \* Lopez p. 1. cap. 53.*

Addit. } Pius V. 1571. Kal. Febr. reuocauit fa-  
cultates testandi, & disponendi de rebus ec-  
clesiasticis in illegitimos. *vide Nau. de spol.  
Cler. f. 19.*

Incapaces, etiam illegitimi in locis acquisi-  
tis montis S. Ioannis nõ vacabilis succedere  
possunt.

possunt: non tamen illegitimi in locis emptis, fructibus, pensionibus, alijsve rebus ecclesiasticis. Ex Bulla Clem. VIII. Ad Apostolicæ anno 4. Kalen. Decemb. lata: Succedunt autem in locis Montis Neptuni erecti 1594. 8. Id. Octob.

*Fiscus, vide Hereditas, Testamentum.*

1 **N**on succedit Fiscus in prohibitis alienari.

\* Hæretici bona post eius mortem hereditate auferri & fisco adscribi possunt ante præscriptionem. *Azor. l. 5. c. 7. in fine.*

2 Confiscari non possunt bona delinquentis, etiam hæretici notorii, nisi post sententiam Iudicis. \* Vide *Azor. l. 5. c. 7. q. 3.*

3 Ad fiscum transeunt bona cum oneribus: itaque tenetur soluere debita.

4 Etiam si lex dicat ut quis teneatur statim bona dare Fisco, non tenetur ante sententiã Iudicis.

\* Fiscus enim ante condemnationem ius non habet. *Sot. l. 4. q. 5. art. 1. col. 10. Mol. d. 73. ubi de tempore, quo præscribitur aduersus fiscum. Azor. l. c. contra Alph. Cast. sunt enim duo alia de hac re sententiæ, Vide Azor. Carbo. de legibus l. 8. d. 9. posit. 8.*

5 In dubio tenendum contra Fiscum.

*Fæm*